

Tertius Argolica hac galea contentus abito.
 315 Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoque repente
 Corripiunt spatia auditò, limenque relinquunt
 Effusi, nimbo similes; simul ultima signant.
 Primus abit, longæque ante omnia corpora Nisus
 Emicat, & ventis, & fulminis ocior alis.
 320 Proximus huic, longo sed proximus intervallo,
 Insequitur Salius. Spatio post deinde relicto
 Tertius Euryalus.
 Euryalumque Elymus sequitur. Quo deinde sub ipso
 Ecce volat, calcenque terit jam calce. Diorea,
 325 Incumbens humero: spatia & si plura supersint;
 Transeat elapsus prior, ambiguumve relinquat.
 Jamque fere spatium extremo, scilicque sub ipsum
 Finem adventabant; levi cum sanguine Nisus. Odas
 Labitur infelix; casus ut forte juvenicis
 330 Fofus humum viridesque super madefecerat herbas.
 Hic juvenis, jam victor ovans, vestigia presso
 Haud tenuit tiubata solo: sed pronus in ipsò
 Concidit immundoque simo sacroque cruore.
 Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
 333 Nam sese opposuit Salio, per lubrica furgens;
 Ille autem spissa jacuit revolutus arena.
 Emicat Euryalus, & munere victor amici

Prima

Tertius abeat contentus hac casside Argolica. Postquam hæc dicta sunt, sumunt locum, & auditò signo statim aggrediuntur curriculum. Et reliquiana limen clapsi, similes nimis, simul attendunt ad terminum. Primus currit Nisus, & exiti longe ante omnes factus, volat, & ventis & alis fulminis. Proximus ab eo, sed fof longum intervallum proximus, sequitur Salius. Tunc spatium post Salium relicto Euryalus tertius. Elymumque sequitur Euryalum. Deinde juxta hunc ipsum statim currit Diorea, & jam fricat ejus calcem calce, in minens alteri ejus humero: & si longius referat spatium, præteriret eum elapsus prior, aut vellet ureret animum. Jamque pene in ultimo curriculo positi, & fatigati accedebant ad ipsum terminum: cum miser Nisus cecidit humido in sanguine; quippe maciatis juvenicis forte sanguis superfusus madefecerat terram. & virides herbas. Ille juvenis, jam exultans, ut victor, non signavit pedem compressa terra vacillantem: sed pronus cecidit in ipsum simumque oblocum sanguinemque lacrum. Non tamen ille oblitus est Euryali, neque amoris: nam surgens in lubrico loco opposuit se Salio: ille autem jacuit supinus in densa arena. Exiit Euryalus, & victor beneficio amici

occu-

N O T Æ.

314. Argolica galea.) Vel quam Argivo alii-
 cui eripuerat, vel Argolica figura: ut enim
 vidimus Æ. 3. 637. clypeos Argolicos singularis
 fuisse forme, ita & galeæ fuerunt eam in Gre-
 corum cæde Æ. 2. 392. Trojani cum occisissent
 arma sibi aptassent, galeæ & Grajorum errore
 jpharam, tantum non a suis occisi sunt. De
 Argi, urbe Peloponnesi, A. n. 1. 288.
 316. Linen.) Lineam aliquam descriptam
 in campo, quæ carceres & officia circi supple-
 ret, supra v. 288. De alis fulmini appingit
 soltis, Æ. 2. 649.
 324. Calcem terit jam calce.) Arguitur hic a
 quibusdam Virgilius, quod calcem præcurrentis
 insequens calcem tritam dixerit, cum terti-
 um possit ab insequente nisi sumis pedu arci-
 culis. Temere: neque enim Diorea Elymum
 æqua directaque linea insequatur, alioqui
 nunquam ipsum antere potuisset; at paulu
 ad latus ut pene incumberet, non ejus hume-
 ris, sed alteri tantum humero, & pedes ur-
 tritque secundum latera striderentum strin-
 gerent; atque ita calcem calce tererent.
 329. Casside juvenicis.) Ad sacribeia Anchi-
 se perios vedda.
 332. Intubata.) Passivo, cum titulo neu-
 tram vim vulgo habeat. Et hic Nisi casus est
 expressus ex Homero Iliad. 23. 774. ut jam
 notavimus v. 291.
 339. Nunc tertia palma Diorea) Palmam,
 hic non solum pro victoria, sed pro iplo vi-
 ctore usurpat: ut Georg. 1. 59. palmas equa-
 rum, pro victricibus inter equas. Porro quia
 Diorea quintum deuntaxat ordinem obtine-
 bat, nec nisi casu Nisi, & fraude Salio fa-
 cta, tertium in locum provelletur est: ideo
 dixit, nunc nunc, inquam, primis duobus
 casu ac fraude sublati. De carere, parte cir-
 ci, supra v. 288.
 340. Ora prima patrum.) Seniores ac Judi-
 ces,

Prima tenet, plausive volat fremitu secundo
 Post Elymus subit, & nunc tertia palma Diorea.
 340 Hic totum caveæ confestum ingentis, & ora similes;
 Prima patrum magnis Salius clamoribus implet;
 Ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.
 Tutatur favor Euryalum, lacrymæque decoræ,
 Grator & pulchro veniens in corpore virtus.
 345 Adjuvat, & magna proclamat voce Diorea,
 Qui subit palmæ, frustra ad præmia venit
 Ultima, si primi Salio redduntur honores.
 Tum pater Æneas: Vestra, inquit, munera vobis
 Certa manent, pueri, & palmam movet ordine nemo.
 350 Me liceat casum misereri infontis amici:
 Sic factus tergum Geruli immane leonis
 Dat Salio, villis onerosum atque unguibus auctis,
 Hic Nisus: Si tanta, inquit, sunt præmia virtus,
 Et te lapsorum miseret; quæ munera Niso
 355 Digna dabis, primam merui qui laude coronam.
 Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset?
 Et simul his dictis faciem ostentabat, & udo
 Turpia membra simo. Risit pater optimus olli:
 Et clypeum esserit, jussit, Didymaonis artes,
 360 Neptuni sacro Danais de posse refluxum.
 Hoc juvenem egregium pressanti munere donat.
 Post ubi confecti cursus, & dona pergit:

Nunc

occupat primum locum, volatque plausu & acclamatione favente. Postea succedit Elymus, & mox Diorea tertius victor. Tunc Salius implet magnis clamoribus cæctum omnem sedentem in magno theatro, & confestum primorum procerum: & postulat sibi restitui gloriam fraude ereptam. Favor, & decens stectus, & virtus grator apparet in formoso corpore protigit Euryalum. Jurat eum, & magna voce clamat Diorea: qui successit tertius victorie, & servata accessit ad ultimum præmium, si prima gloria restitutus Salio. Tunc ait pater Æneas: Vestra præmia vobis sunt certa, o pueri, & nemo mutabit ordine victoriam. Licet me misereri casum amici infontis. Sic locutus, dat Salio magnam pellem Geruli leonis, gravem villis & aurantibus unguibus. Tunc Nisus ait: Si tanta munera dantur virtuti, & te miseret eorum qui ceciderunt: que dabis digna donæ mihi Niso, qui memissim virtute primam coronam, nisi adverja eadem fortuna, que obstitit Salio, mihi quoque obstitisset? Ad simul hæc dicendo ostendebat vultum, & membra factata humido furo. Pater optimus Æneas arripit illi, & imperavit clypeum asserri, opus Didymaonis, ereptum a Grecis e portis Neptuno siticis. Donat egregium juvenem hoc insigni præmio. Deinde postquam absoluti sunt cursus, & perfecti remunerationem.

N O T Æ.

ces, quorum in conspectu atque ante ora vociferatur.
 344. Ventens in corpore virtus.) Apparet, crescenti: melius existens; nam venio significat sæpe sum. existo. Georg. 1. 29. An Deus immentis ventus maris.
 354. Gestit leonis.) Africa tota leonibus feritæque alis infesta: imprimis Gerulia ejus pars, de qua Æ. 4. 40. Pellis autem hujus unguis ad splendorem deuntaxat fuerant; unguibus auctis.
 355. Sitanta, &c.) Vis Nisi verborum hæc est: Ego & Salius ambo cecidimus: at ego hunc huile clypeum olim a Pyrrho rehunc me primus, hic secundus ad metam subibat: si Neptunum templi possibus, in exordio Troje. De Neptuno, Æ. 1. 129. De possibus, parte sanctæ, Æ. 2. 442. De Danais, Æ. 1. 34.
 359. Didymaonis:) Fictum est nomen, & ingenem artificem hic notat.
 360. Neptuni sacro, &c.) Censet Donatus hunc clypeum esse aliquo in Grecia Neptuni templo erutum ab ipso Ænea, cum per Grecas insulas atque urbes navigaret: quem admodum clypeum alium possibus Actæi Apollinis figerat, Æ. 3. 288. atque ita ad contentum præmium Græcorum illic fixum, hic reflexum clypeum iussit. Sed non dixit pium Æneam in spoliandis Deorum templis sacrilegium admittente. Quare Servium libentius audio: qui putat cætera inter munera, quæ Helenus Æneæ ex Epiro solvent dederat, Æ. 3. 464. hunc huile clypeum olim a Pyrrho rehunc me primus, hic secundus ad metam subibat: si Neptunum templi possibus, in exordio Troje. De Neptuno, Æ. 1. 129. De possibus, parte sanctæ, Æ. 2. 442. De Danais, Æ. 1. 34.
 362. Post ubi, &c.) Ill. LUDUS. Pustillatus, X y

Vidisset, tristemque hoc ipso in litore pugnam?
 Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat.
 Sanguine cernis adhuc sparsoque infecta cerebro.
 His magnum Alciden contra stetit: his ego fuetus,
 415 Dum melior vires sanguis dabat, æmula necdum
 Temporibus geminis canebat sparsa fenectus.
 Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat,
 Idque pio sedet Æneæ, probat auctor Aeclesis;
 Æquemus pugnas. Erycis tibi terga remitto,
 420 Solve metus: & tu Trojanos exue cestus.
 Hæc fatus, duplicem ex humeris dejecit amictum,
 Et magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque
 Exiit, atque ingens media consistit arena.
 Tum fatus Anchisa cestus pater extulit æquos,
 425 Et paribus palmas amborum innexuit armis.
 Constitit in digitos extemplo arrectus uterque,
 Brachiaque ad superas interitus extulit auras.
 Abduxere retro longe capita ardua ab istu;
 Immiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt.
 430 Ille pedum melior motu, fretusque juvenata:
 Hic membris & mole valens, sed tarda trementi
 Genna labant, vastos quatit æger anhelitus artus.
 Multa viri nequiquam inter se vulnæra jactant,
 Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos
 435 Dant sonitus: erratque aures & tempora circum
 Crebra manus: dano crepitant sub vulnere male.

Stat

¶ *triste certamen in hoc ipso litore? Eryx frater tuus servabat olim hæc arma. Vides adhuc ea jactata sanguine, & cerebro sparso. His pugnavit adversus magnum Herculem: ego isdem solitus pugnare, dum sanguis calidior præbebat robur, & nondum fenectus æmula albescebat sparsa utriusque temporibus capitis. At si Dares Trojanum recusat arma hæc nostra, & si id placet pio Æneæ, idque probat Aeclesis auctor hujus pugna; æqualiter pugnemus. Depono tui causa coria Erycis, depono timorem: tu quoque aufer cestus Trojanos. Hæc locutus, deponit ex humeris geminum amictum: & nudat magnos artus membrorum, magna ossa, & lacertos, & lacertosque arduus stat in medio campi. Tunc pater Æneas filium Anchisa extulit cestus æquos, & ligavit utriusque manus paribus armis. Statim uterque stetit erectus in articulo pedum, & intrepidus erexit brachia in altum ærem. Retro arreperunt ab istu alta capita, & miscent manus manibus, & provocant certamen. Ille fortiter egessit pedum, & descensu juvenente: hic, robustus castitate membrorum, sed genua nigra vacillant trementi, & difficili anhelitus egitit vasta membra. Illi viri frustra inter se pugnant multas plagas, multas ingerunt carnis lateribus, & dant magnos sonitus pectore, & frequens manus vagatur circa aures ac tempora, & male crepitant sub gravibus ictibus.*

N O T Æ.

v. 24. Causam porro cur ab Hercule in Sicilia Eryx occisus sit, hæc asserunt. Hercules, occisio Iberiæ sive Hispaniæ rege Geryone, boves ejus cum in Italiam adduxisset; eorum unus forma præcipuus, transmissio freto in Siciliam enatans, ab Eryce raptus est, & ab Hercule frustra repetitus. Hinc gravis inter eos pugna ter cestibus commissa, quarum ultima Eryx interfectus est.
 414. Alciden.) Hercules, qui licet Jovis & Alcmena filius: tamen & Amphitryonides & Alcides dictus est, ab Amphitryone Thebano Alcmena marito, & ab Alcæo Amphitryonis patre. Aliqui derivant ab *alceæ robur*.
 415. Æmula fenectus.) Vulgo *repudiam* explicant, quæ vigorem juvenibus invadere solet, æmulationeque. Fortasse *emulam* dixit, quia in utriusque temporibus canos paragentem; quasi utraque tempora cum sollicitatione quadam & æmulatione certatim canescerent.
 418. Sedet.) Fixum est, sedet in animo. *Auctor Aeclesis.*) Non auctor quidem editorque ludorum, quos Æneas unus indixit; sed hortator Entelli, ut cum Darete pugnaret; atque ita auctor: supra v. 387.
 421. Duplicem amictum.) Vel geminam vestem, interiore & exteriori, vel unicam, eamque suffulcram & inflex duplicis, qualem fuit *lepis*, de qua *En.* 4. 262.
 422. Membrorum artus.) *Artus* sunt compages, ac junctura majorum corporis membrorum, ut *articuli* minorum, puta digitorum. *Lacertus*, os est inter manus vertebra & cu-

Stat gravis Entellus, nisque immotus eodem,
 Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
 Ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem,
 440 Aut montana sedet circum castella sub armis,
 Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
 Arte locum, & variis astutibus irritus urget.
 Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte
 Extulit: ille ictum venientem a vertice velox
 445 Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.
 Entellus vires in ventum effudit, & ultro
 Ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto
 Concidit: ut quondam cava concidit, aut Erymantho,
 Aut Ida in magna, radicibus eruta pinus.
 450 Consurgunt studii Teucris & Trinacria pubes:
 It clamor celo: primisque accurrunt Aecleses,
 Æquævunque ab humo miserans attollit amicum.
 At non tardatus casu, neque terribus heros,
 Acrior ad pugnam redit, ac vim suscipit iræ:
 455 Tum pudor incendit vires, & conscia virtus:
 Præcipientem Daren ardens agit æquore toto,
 Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
 Nec mora, nec requies: quam multa grandine nimbi
 Culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
 460 Creber utraque manu pulsat, versatque Dareta.
 Tum pater Æneas, procedere longius iras,
 Et sevirè animis Entellum haud parvis acerbis:

Sed

Entellus consistit gravis, & immotus in eodem statu, tantummodo eludit ictus corpore & oculis vigilantibus. Alter scint qui vocant urtem machinis, aut qui obstat in armis montana castella, sic perussit dolose nunc hos, nunc illos aditus, & omnem locum, & cum premit frustra carnis impetibus. Entellus insurgens ostendit dextram, & alte erexit: alter celer prævidit ictum immixtum a capite, & levi corpore elapsus effugit. Entellus effudit impetum in auras, & ipse gravis & graviter præcumbit ultro in terram magno pondere: ut aliquando pinus cariola erussa radicibus præcumbit in Erymantho, aut in magna Ida. Trojani & juvenes Siculi surgunt diversis animis: clamores mittuntur ad caelum: & Aeclesis primus accurrat. & miserans erigit se terra amicum æquævunque. Sed heros non tardatus casu, nec terribus illo casu, redit ardentior ad pugnam, & ira revocat robur; præterea pudor & feritudo sibi cognita inflammat vires, & ardens urget toto campo currentem Dareta, nunc dextera, nunc ille sinistra ingens ictus. Nec est mora, nec requies: quam spissa grandine crepitant nimbi super rectis, tam spissa ictibus heros utraque manu frequens verberat & agit Dareta. Tunc pater Æneas non passus est iras procedere ulterius, & Entellum sevirè animo crudeli.

N O T Æ.

& cubitum. Brachium, est os inter lacertum & humerum.
 432. Genna labent.) Procelesmaticus est, a *premo, premulum, prelum*: quæ ita significat, quatuor breves pro dactylo: ut *Georg.* 4. bit id omne, quo quis se tegit ac tuctur.
 297. Paricibusque premunt arctis.
 434. Carvo lateri.) Vel *curvo*, quia infra latera corpus hëctitur & curvatur: vel *repta caro*, quia laterum costis carnis pectoris thorax circumcluditur.
 438. Tela...) Tela vulgo a *telæ*, longe: unde significat *missilia* quæcumque arma, quæ procul & eminus jactantur. Tamen aliquando usurpantur quoque pro armis, quibus pugnetur cominus. Pro ense, *En.* 9. 747. *At* Tenaris, *En.* 1. 239. *De Trinacria*, *En.* 3. 687. *De æquore*, pro campo, *En.* 2. 780.
 466. Vires alias.) Majores illi, minores tibi

Sed finem imposuit pugnae, fessumque Dareta
 Eriguit, mulcens dictis, ac talia fatur:
 465 Infelix! quae tanta animum dementia cepit?
 Non vires alias, conversaque numina sentis?
 Cede Deo. Dixitque, & praelia voce diremit.
 At illum fidi aequales, genua aegra trahentem,
 Jactantemque utroque caput, crassumque cruorem
 470 Ore rejectantem, mixtoque in sanguine dentes,
 Ducunt ad naves: galeamque ensesque vocati
 Accipiunt; palmam Entello taurumque relinquunt.
 Hic victor, superans animis, tauroque superbus:
 Nate dea, vosque haec, inquit, cognoscite, Teucri;
 475 Et mihi quae fuerint juvenili in corpore vires,
 Et qua servetis revocatum a morte Dareta.
 Dixit, & adversi contra stetit ora juveni,
 Qui donum adibat pugnae: duroque reducta
 Libravit dextra media inter cornua cessus
 480 Ardus, effraoque illisit in ossa cerebro.
 Sternitur, exanimisque tremens procumbit humi bos.
 Ille super tales effundit pectore voces:
 Hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis
 Perfolvo: hic victor cessus artemque repono.
 485 Protinus Aeneas celeri certare sagitta
 Invitat, qui forte velint, & praemia ponit:
 Ingentemque manu malum de nave Serelli

Eri-

sed induit finem certaminis, & subduxit lassum Dareta, solans eum verbis, & talia loquitur: Infelix! quae tanta insania occupavit mentem: nonne expertis aliud robur, & mutatos Deos? Cede Deo. Sic dixit, & dicendo abiecit pugnam. At fideles socii Daretis ducunt ad naves illum, trahentem genua infirma, & molantem utrinque caput, & expantem ore spissam sanguinem ac dentes mixto sanguine: & vocati ab Aenea accipiunt cassidem & gladium, & permittunt Entello taurum & palmam. Tunc victor, elatus animo, & superbiens tauro, ait: Fili Veneris, & vos, o Trojani, haec animadvertite: & quae robur mihi fuerit in corpore juvenili, & e qua servetis revocatum a morte Dareta. Sic locutus est, & stetit adversus caput oppositi tauri, qui habet praemium certaminis: & sublimis, manu reducta, impedit duros cessus inter media cornua, & immisit eos in ossa perrupto cerebro. Sternitur bos, & tremens procidit in terram moribundus. Ille super bove profert e pectore talia verba: O Eryx, immolo tibi pro morte Daretis hanc vitam potioram: hic victor depono artem & cessus. Statim Aeneas invitavit qui forte velint contendere sagittis, & proponit praemia: & magna manu attollit malum de nave Serelli.

N O T A E.

tibi vires esse, quam putaveras. 465. Cede Deo.) Vel Deo illi, cujus numina jam a te averia sunt. Vel Eryci heroi, Deae filio, Entelli magistro ac protectori, quem Aecetes vocavit Deum supra v. 391. cui mox deinde tanquam Deo taurum Entellus immolat, v. 483. Vel rationi, juxta mentem Plutarchi, qui auctor est hoc proverbium apud septem Graeciae sapientes iussisse, & sic sequere Deum. explicatque obtempera rationi, quae quasi Deus oracula de rebus agendis semper dicitur. 472. Palmam.) Vel translatio est, pro victoria; vel proprie palma, de qua diximus v. 111. 483. Hanc tibi, Eryx, meliorem animam.) Meliorem, vel quia vilipendit a se victum Dareta: vel quia Diis gratiores sunt victi-

mae ex brutis animalibus, quam humanae: vel alludit ad succidendas victimas; quae cum primae fuerant, aut insulae fuerant, earum in locum substituebantur, dicebanturque meliores, inclamantibus sacerdotibus, & utitur ut videtur, secundis melioribus. 484. Hic victor cessus, &c.) Morem notat gladiatorum consequentis aetatis, qui cum per aetatem ab arte discedebant, virga donabantur, qua rudent appellabant; vocabantur ad postes Herculis, & artis suae arma suspendebant ad postes Herculis. Hic Entellus, non Hercules, a quo Eryx occidit, sed ipsi Eryci sua consecrat, quem Dei loco videtur habere, ut jam diximus v. 467. 485. Celeri certare sagitta.) IV. LUDUS. Sagittarum iactus. Expressit est ex Homeri Il. 23. 850. ubi Teucer columbae funem fecat, Me-

Erigit, & volucrum trajecto in fune columbam,
 Quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
 490 Convenero viri, dejectamque area sortem
 Accipit galea: & primus clamore secundo
 Hyrtacidae ante omnes exit locus Hippocoontis:
 Quem modo navali Mnestheus certamine victor
 Consequitur, viridi Mnestheus evinctus oliva.
 495 Tertius Eurytion, tuus, o clarissime, frater,
 Pandare: qui quondam iustus confundere iocundus
 In medios telum torfisti primus Achivos.
 Extremus galeaque ima subfedit Aecetes,
 Ausus & ipse manu juvenum tentare laborem.
 500 Tum validis flexos incurvat viribus arcus
 Pro se quisque viri, & depromunt tela pharetris.
 Primaque per caelum nervo stridente sagitta
 Hyrtacidae juvenis volucres diverberat auras,
 Et venit, adversique insigitur arbore mali.
 505 Intremuit malus, timuitque exterrita pennis
 Ales, & ingenti sonerunt omnia plausu.
 Post acer Mnestheus adducto consistit arcu,
 Alta petens, pariterque oculos telumque tetendit;
 510 Non valuit; nodos & vincula linea rupit,
 Quae innexa pedem malo pendebat ab alto.
 Illa Notos atque atra volans in nubila fugit.

Tum

& suspendit ex alto malo columbam in fune trajecto volitantem, ad quam dirigant sagittas. Convenerunt viri, & area cassis exceptis sortes consistat: & veniente clamore primus ante caeteros extrahitur locus Hippocoontis Hyrtaci filii: hunc sequitur Mnestheus modo victor in navica pugna, Mnestheus coronatus viridi olea. Tertius est Eurytion, tuus frater, o nobilissime Pandare: qui olim iustus turbare iocundus, primus vibrasti jaculum in medium Graecorum. Ultimus & in profundo calidis remensis Aecetes, ausus etiam ipse aggredi manu laborem juvenum. Tunc viri illi, unusquisque pro se, curvant robustis viribus flexiles arcus, & cadunt sagittas e pharetris. Et sagitta juvenis Hyrtacidae prima ferit levem aevem, nervo per calum sonante: & percutit ad malum, & fissitur in arbore oppositi mali. Malus tremuit, & avis teretia tremuli alii, & omnia loca sonerunt magno plausu. Postea ardens Mnestheus scitit inflexo arcu, dirigens in altum, & simul intendit oculos ad sagittam: at miser non potuit attingere ferro ipsam aevem; tantum secuit nodos & funes lineos, quibus pendebat ab alto malo conscripta citra pedem. Illa avis fugit evolvans in ventos & nigras nubes.

N O T A E.

consolatorius Rheii; qui ea ipsa nocte, qua Rheus ad Trojam cessus est, e sonno excitatus est ab Apolline. Hic ex Aenea sociis esse deinde potuit. 493. Victor.) Non primo, sed secundo loco. 496. Pandare, qui, &c.) Convenerat Graecos inter ac Trojanos, ad dirimendum bellum, ut Paris Helene raptor, & Menelaus Helene maritus, singulari certamine de Helena contenderent. At Paris, cum prope victus esset, a Veneris e pugna subductus est, inducitur caligine, Iliad. 3. 380. Deinde Jupiter, adnitente Junone, Minerva mandavit ut iocundus turbaret: quod ut faceret, persuasit illa Pandaro, e Mylia, Lycaonis filio, ut sagittam in Menelaum evibraret: atque ita vulnecro Menelaos rursus in bella itum est, Iliad. 4. 89. De Achivis, &c.) V. 1. 492. 492. Hyrtacidae Hippocoontis.) Hortensius eum appellat Hyrtaciden filium Hippocoontis. Dicitur melius Hippocoonta filium Hyrtacidae quidem apud Homerum Hyrtacidae. Aevus est quidem apud Homerum proprium est. Hyrtacidae Ili. 26. sed Aevus proprium est. Hyrtacidae patronymicum, ut patet Ili. 13. 384. ubi Aevus dicitur esse ad Idomeneo occiditur. Est etiam aevus eundem Iliad. 10. 518. Hippocoon Thrac, 512. Notos.) Ventos quoslibet, proprie me-

Tum rapidus jamdudum arcu contenta parato
 Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit:
 515 Jam vacuo lætam cælo speculatus, & alis
 Plaudentem, nigra figit sub nube columbam.
 Decidit exanimis, vitamque reliquit in aëtris
 Aëris, fixamque refert delapta sagittam.
 Amissa solus palma superabat Acestes:
 520 Qui tamen æthereas telum contorsit in auras,
 Offertans artem pariter, arcumque sonantem.
 Hic oculis subito objicitur magooque futurum
 Augurio monstrum: docuit post exitus ingens,
 Særaque terrifici cecinerunt omina vates.
 525 Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo,
 Signavitque viam flammis, tenuesque recessit
 Consumpta in ventos: cælo ceu sæpe reflexa
 Transcurrunt, crinemque volantia sidera ducunt.
 Attonitis hæere animis, Superosque precati
 530 Trinacrii Teucricque viri: nec maximus omen
 Abiit Aeneas; sed lætam amplexus Acestem
 Muneribus cumulata magnis, ac talia fatum
 Sume, pater, nam te voluit rex magnus Olympi

Deinde promissus Eurytion, tenens sagittam jamdudum intentam arcu parato, invocavit per vota fratrem Pandarum: & convitatus columbam jam gaudens in aere libero & plaudentem alis, transfudit eam inter obscuras nubes. Cadit mortua, & amisit vitam in aëtris calcibus, & labens refert sagittam infixam. Acestes resabat solus amissa victoria: qui tamen evolverat sagittam in aërem sublimem, offertans simul indistinctam & sonitum arcus sui. Tum occurrit oculis prodigium referentium & futurum magno omni: ingens casus hoc explicuit postea, & vates terrifici declaraverunt tandem predictionem. Nam sagitta arundinea volans inflammata est inter aëreas nubes, & igne notavit iter, & assumpta evanuit in levis vientos: quemadmodum sæpe stelle cadentes e cælo transeunt, & volantes trahunt post se comam. Siculi Trojanique viri steterunt suspensæ animo, & oraverunt Deos: & maximus Aeneas non rejectit omen; sed amplexus Acestem, eum ornat magnis donis, & talia dicit: Accipe, o pater, nam talibus prodigiis magnus rex cæli voluit

N O T Æ.

ridionales; Austri aliter dicuntur, Bel. 2. 58. 514. Fratrem in vota vocavit.) Pandarum, qui, inquit Servius, apud Lycios colitur quasi heros. At errat hic cum illo Lycium fuisse putat, indutus in errorem his Homeri versibus, Iliad. 4. 119. Εὐρύτιος Ἀπόλλωνος ἄνακτος, &c. Supplementa autem Apollini Lycio, incipio faculandi, agnorum, primogenitorum sacrificiarum clavum hecatomben, ubi domum reverfus esset, sacra in urbem Zelic: Est enim Zelia, urbs Myria, & ad radices montis Idæ, & fluvium Aëleum, cujus accolas populos in auxilium Pitami adduxerat Pandarus, ut legitur ibid. v. 91. Lycium igitur Apollinem deo invocatum puto, non quod patria esset Lycios, sed propter Lycii templi atque oculi celebratam; de quo Aen. 4. 347. Fratrem vero invocat Eurytion, vel ut heros, vel ut summe faculandi peritum, quippe qui Menelaum vulnecaverat, Iliad. 4. 139. Scio Mantius apud Livium l. 38. 48. Te L. Scipio appello: cuius ego mihi, succedens in vicem imperii tui, virtutem felicitatemque non frustra ab Diis immortalibus precatus sum: 521. Pariter, arcumque.) Pariter ultimâ brevè hic producit sequente vocali, propter casurâ.

523. Augurio monstrum: docuit post, &c.) Augurium proprie quid sit, dicitur Aen. 2. 705. Hic pro quolibet signo, ac præfatio futurum eventuum sumitur. Monstrum est, aliquid contra rerum naturam accidit, & aliquod monstrat ac significat eventurum. Exitus, qui hinc secutus est, incensio fuit navium Trojanarum, infra v. 649.

524. Særaque, &c.) Explicat Servius gravia; Hortensius futura; Cordanus tarda: hoc sensu: Ignorabant quid hoc monstro portenderet; id mox docuit exitus, tumque vates intellexerunt aperueruntque omnia, sed serius ac tardius, cum nullus ultra esset remedioloens.

525. In nubibus arsit arundo, &c.) Prodigiū in eo fuit, quod id iuxta rerum ordinem accideret non poterat; ut sagitta ex arundine, quamlibet sicca, ignem inter nubila conciperet; quod de terra exhalationibus in altum aerem ductis Aristoteles ait. De stellis, ut vulgus putat, cadentesque, quales & undè sint, diximus Georg. 3. 365.

530. Nec enim abiit Aeneas.) Cum debuisse averfari, accipit, atque ut sibi prosperum agnosceat, vel dissimulas ab Acestæ reverentiam,

Tali-

Talibus auspiciis exsortem ducere honorem.
 535 Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis:
 Cratera impressum signis, quem Thracius olim
 Anchisæ genitori in magno munere Cisseus
 Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris.
 Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro,
 540 Et primum ante omnes victorem appellat Acestem.
 Nec bonus Eurytion prælato invidit honori,
 Quamvis solus avem cælo dejecit ab alto.
 Proximus ingreditur donis, qui vincula rupit:
 Extremus, volucris qui fixit arundine malum.
 545 At pater Aeneas, nondum certamine misso,
 Custodem ad sese comitemque impubis Iuli
 Epytiden vocat, & fidam sic satur ad aurem:
 Vade, age: & Alcanio, si jam puerile paratum
 Agmen habet secum, cursuque instruxit equorum,
 550 Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.
 Dic, ait. Ipse omnem longo decedere circo
 Infusum populum, & campos jubet esse parentes.
 Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum

Fræ-

te habere honorem extraordinarium. Habebis hoc munus ipsius senis Anchisæ: poculum celatum signis, quod olim Cisseus rex Thracie dederat habendam Anchisæ patri pro magno munere, & quali pignus & monumentum sui amoris. Sic locutus, coronat caput ejus viridi lauro, & declarat Acestem primum victorem inter omnes. Et benignus Eurytion non invidit victoria sibi prælato, licet solus dejecisset volucrem ex alto aere. Proximus est in distributione præmiorum, qui secuit frenem: ultimus, qui levi sagitta perdidit malum. At pater Aeneas, ludis nondum dimissis, vocat ad se Epytiden, custodem & comitem pueri Alcanii, & sic loquitur in avem fidem. Age, vade: & dic, incuit, Alcanio, si jam habet secum instructum agmen puerorum, & si composuit cursus equorum, huc deducat turmas in honorem avi sui, & non fiet se in armis. Ipse imperat populum omnem sparsum recedere: e toto circo, & spatium fieri vacuum. Accedunt pueri, & in conspectu parentum

N O T Æ.

tiam, & licet inausum sciret; vel potius decora & recordatione læta illius flammæ, quæ in Alcanii capite effulserat, Aen. 2. 680. 534. Exsortem ducere honorem.) Extra sortem ordinemque propostorum præmiorum. Et morem prædæ dividere inter milites, lectissimum quætoribus, quæ forit in prælio gesserant, non sorte, sed judicio dabantur. Sic Aen. 9. 271. Alcanio Niso: Clypeum orisq; valentes excipiam sortis, jam nunc tua præmia, Nise. 537. Cisseus.) Rex aliepus Thracie partis, ab Hecubæ pater, quæ Priami conjux fuit, ab eoque dicta Cissei. De Thracie, Iliad. 2. 14.

547. Epytiden.) Epytides, patronymicum ejus fuit nomen; proprium, Periphanthes, qui Epyti filius, Anchisæ præco, Iliad. 17. 324. 548. Alcanio, si jam, &c.) Non enim inferat ludis Alcanio, turmas interea suas ad ludum inflatus. De co, Aen. 1. 271.

553. Incedunt pueri, &c. V. LUDUS. Equestris decursio puerorum Trojano more. Hunc omnis ceteris Homeri ludis Iliad. 23. addidit Virgilius in gratiam Augusti, qui his temporibus ludum illum in ulum revocaverat, ut diximus Aen. 3. 280. De Augusto sic Sveton.

c. 43. Troje ludum edidit frequentissime, majorum minorumque puerorum delicta: præsertim decursum mori excelsissimum, clare sippi indolem sic notare. In hoc ludicio C. Nonium Asprenatem lapsi debilitatum aere torque donavit, passusque est ipsum poterosque Torquati ferre cognomen. Mox finem fecit Italia edendâ, Aonia Pellone oratore graviter invidiosaque in curia quæso Aferinon nepotis sui casum, qui & ipse exus effregerat. In coque Augusto ducent fecutus erat Julium Cæsarem, de quo idem Svetonius c. 39. Trojam Iusti turma duplex, majorum minorumque puerorum. Tres hic turmas statuit Virgilius, singulas puerorum duodecim, cum vulgo in exercitu turme ter decos haberent equites, quibus præerat tres decuriones. Tres, inquam, statuit turmas, licet Julius duas tantum quia fortasse turmarum numerus ad arbitrium editoris mutabatur, & ab Augusto ausus fuerat: est enim viriditate ita descripto hic a poeta lucos fuisse, ut ab Augusto tum edebantur. Porro hæc fuerunt ludentibus pueris arma atque ornamenta. I. Galea. II. Corona supra ipsam galeam. III. Torques aureus, catenæ instar circumto collo summum in pedus delabens. IV. Phætra humero suspensa:

Z z

non

Frænatis lucent in equis: quos omnis euntes
 555 Trinacriæ mirata fremit Trojæque juvenus.
 Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
 Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,
 Pars leves humero pharetras: it pectore summo
 Flexilis obtorti per collum circulus auri.
 560 Tres equitum numero turmae, ternique vagantur
 Ductores: pueri bis seni quemque secuti
 Agmine partito fulgent, paribusque magistris.
 Una acies juvenum, ducit quam parvus ovantem
 Nomen avi referens Priamus, tua clara, Polite,
 565 Progenies, auctura Italos; quem Thracius albis
 Portat equus bicolor maculis, vestigia primi
 Alba pedis, frontemque ostentans arduus albam.
 Alter Atys, genus unde Atrii duxere Latini,
 Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iulo.
 570 Extremus, formaque ante omnes pulcher Iulus
 Sidonio est invecus equo: quem candida Dido
 Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.

Cæte-

emittant æqualiter super equis frænatis: omnis juvenus Siciliæ & Trojæ plaudit admirans eos
 equitantes. Omnibus capillis præsentitur corona compta: gerunt duas hastas cornas armatas ferro
 pars humero pharetra, & solitas: flexilibus circibus torti auri per collum descendit in sum-
 mam pectus. Turmas equitum sunt tres numero, & tres duces oberrant: pueri duodecim se-
 quuntur unum quemque ducem micant agmine distincto, & similibus ducibus. Una est turma pue-
 rorum, quam lætam ducit parvus Priamus, ferens nomen avi, tua inclita proles, o Polite,
 auctura Italos: quem portat equus Thracius bicolor notis candidis, gressus primorum pedum
 candidi sunt: & erigit frontem candidam. Secundus dux est Atys, a quo Atrii Latini du-
 centi originem: parvus Atys, & puer carus puero Iulo. Ultimus Iulus, & præ omnibus spe-
 ciatibilis propter pulchritudinem, impopius est equo Sidonio: quem pulchra Dido dederat ei ut
 esset monumentum, & testimonium sui amoris.

Reli-

N O T Æ.

non omnibus quidem: ait enim, pars leves
 humero pharetras; sed fortasse ducibus. V. Has-
 tilia duo præfixa ferro, quibus sese videntur
 ex equis vicissim impulsisse: unde frequens cas-
 us sequabatur, ut ex Suetonio modo vidimus.
 556. Tonsa coma, &c.) Nacimbæus non
 sam de tonsura capillorum explicat. Servius
 coronam, de galea: & vero Homerus Iliad. 7.
 32. de galea loquens ait: *ὄναι ἐκείναι ἄρματα*
 sub corona erit. Tamen existimo pueros, &
 galeatos, & supra galeam coronatos fuisse: qua-
 lis est Marubrius sacerdos, Æn. 7. 751. *Fronte*
super galeam & solitis comptus olivæ. Galeatos ton-
 dem, quia Atacnus deinde v. 673. *Galeam an-
 te pedes præstitit inanem; Coronatos vero, non*
fluentibus ramis, sed pressis conciliisque frendi-
bus: talis ipse Virgilius Georg. 3. 21. Ipse
caput tonsa solitis ornatus olivæ.
 557. Cornea bina, &c.) Hastile, lignum ipsum
 hastæ, cui ferrum præfixum est: lignum, in-
 quam, ex arbore *cornu*, Ital. *cornuto*: de qua
 Georg. 2. 34. & hastas quidem illas necesse est
 breviores fuisse, ut binae ferri possent, vel
 alterutra simul manu, vel singulae singulis
 manibus.
 562. Partito.) Ab antiquo partito: nunc
 enim partior, active tantum, non etiam pas-

sive sumitur. Magistris) Ducibus, quos mox
 enumeraturus est, & hæc appellatio propria
 est in eo genere: quippe cum eligebatur Roma:
 dictator, qui sub eo præerat equitatu, ve-
 cabatur *magister equitum*. De voce *ovans*, Æn.
 3. 189.
 564. Polite, progenies, &c.) Eius Polite filius,
 qui in oculis Priami patris a Pyrrho interfe-
 ctus est, Æn. 2. 526. Polite, vocativus est a
 nominativo *Polites*, non a *Politus*, hic *Polite-*
tes, teste Servio, dicitur tamen a Catone in
 originibus venisse cum Ænea in Italiam, &
 urbem condidisse *Politorium* in Latio, ubi
 nunc *Polini*: quam deinde urbem Ancus Re-
 manorum rex delevit, quod esset illa Latino-
 rum adversus Romanos periculum. Virgilius,
 qui Politen a Pyrrho casum induxit, hujus
 urbis struendam attribueret victori ejus filo,
 cum ait: *Progenies auctura Italos.* De Italiis,
 Æn. 3. 524.
 566. Portat equus bicolor, &c.) Albus qui-
 dem fronte primique duobus pedibus: hoc
 enim est *prima pedis*, id est, *primorum pedum*.
 At quis alter color? Fortasse rubus: talis
 enim equus ab Homero describitur, Iliad. 23.
 455. totus rubus, & alba scilla in fronte con-
 spicius, quod exprimitur hic Virgilius vo-
 luntate

Cætera Trinacriis pubes senioris Aecleæ
 Fertur equis.
 575 Excipiunt plausu pavidos, gaudentque cuntes
 Dardanidæ, veterumque agnosunt ora parentum.
 Postquam omnem læti concessam oculosque suorum
 Lustravere in equis, signum clamore paratis
 Epytides longe dedit, insonuitque flagello.
 580 Olli discurrere pares, atque agmina terni
 Diductis solvere choris, rursusque vocati
 Convertere vias, infestaque tela tulere.
 Inde alios ineunt cursus, aliosque recursum
 Adversis spatii, alternosque orbibus orbes
 585 Impediunt, pugnaque cient simulacra sub armis.
 Et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt
 Inseni, facta pariter nunc pace feruntur.
 Ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
 Parietibus textum cæcis iter ancipitemque
 590 Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
 Falleret indeprensus & irremediabilis error.
 Haud aliter Teucrum nati vigebat cursu
 Impediunt, texuntque fugas & prælia ludo;

Del-

Reliqua juvenus vobitur equis Siculis senis Aecleæ. Trojani recipiunt cum plausu eos de glori-
 a sollicitos, & lætantur eos videndo, & agnosunt vultus antiquorum patrum. Postquam læti
 circumierunt equitudo omnem concionem & conspectum suorum; procul Epytides dedit paratis
 signum clamore, & sonuit flagello. Illi excurrerunt simul pares, deinde tres duces dirimerunt
 agmen in separatis turmas: iterumque admoniti relegerunt iter, & immisere hastas inimicis.
 Postea incipiunt alios cursus & alios recursum ex oppositis locis, & impliant alternato gyros
 gyris, & sub armis edunt imaginem certaminis. Et modo præbent terga fugæ, modo conver-
 tunt hastas quasi inuicem, modo equaliter incedunt quasi pace composita. Quemadmodum La-
 abyrinthus in alta Creta dicitur habuisse olim iter implexum obscuri parietibus, & fraudem in-
 certam propter mille vias, per quas error inobrevitabilis & inexplicabilis turbabat ad certa-
 mina ludendo;

N O T Æ.

Inisse Cerdano videtur. De Thracia, equo-
 rum ferace, Æn. 3. 14.
 566. 567. Primi alba pedis, &c.) Servius
 de duobus anterioribus pedibus explicat.
 Cerdanus de unico pede dextro. *Frontem al-*
bam Scaliger interpretatur, alba veluti stella
notatam, quia omnino alba deterioris equi
indicium est.
 568. Genus unde Atrii.) Sic refero cum
 Pierio ex antiquis codicibus. Constat enim
 signatam hic a Virgilio fuisse gentem *At-*
tiam, non *Acetiam*, neque *Astiam*: unde ma-
 ternum genus Augustus dicebat. Quare di-
 dixit: *genus unde Atrii duxere Latini*, non ve-
 ro *Romani*, quia *Astia* gens erat ex urbe
 Latii *Aricia*, nunc *Aricia*.
 569. Puer dilectus Iulo.) Notat certe con-
 junctionem alinitatem inter utramque gentem,
Justiam, quæ ab Iulo, & *Attiam*, quæ ab Aty,
 qua ex conjunctione prodit Augustus. Quip-
 pe Julia, Julii Caesaris soror, nupsit At-
 tæio Balbo, quo ex conjugio prodit *Attia*,
 quæ collocata C. Octavio, Octavianum pepe-
 rit, Augustum deinde appellatum. Unde
 emendandus Plutarchus & alios, qui Augu-

stum ex sorore Caesaris natum ferunt; & Li-
 vianum periochen libri 116. ubi si dicitur
 Caesaris hæres & ex forore nepos: habet autem
 emendatissimus Livii codex, Pierio teste,
 fororis nepos, quod verum est: fuit enim Au-
 gustus nepos Juliae, fororis Caesaris; non ne-
 pos Caesaris ex Julia forore, qua ex verbo-
 rum confusione ortus error est. De Sidonio,
 Æn. 1. 450. De Didone in argumento lib. 4.
 573. Senioris Aecleæ.) Ad equos Aecleæ re-
 ferro, quibus Aecleæ Trojanam juvenentem
 ad hunc ludam instruxerat: non ad *pulem*
Aecleæ, seu juvenentem Siculam; quam pro-
 babile est in Trojanis illis pueris locum non
 habuisse, siquidem e tribus ductoribus nullus
 Siculus fuit.
 575. Pavidos.) De laude & victoria solli-
 citos: eo pavore percussos, de quo v. 138.
Exultantique haurit corda pavor pulsans.
 576. Ora parentum.) Parentum similitudi-
 nem in liberis. De verbo *lustris*, pro *circum-*
 eo, Æn. 1. 612.
 588. Creta fertur Labyrinthus.) De Creta
 insula, *Candia*, Æn. 3. 104. De *Labyrintho*,
 Æn. 6. 67. Et comparat varias curvas præ-

- Delphinum similes, qui per maria humida nando
 595 Carpathium Libycumque secant, luduntque per undas.
 Hunc morem cursus, atque hæc certamina primus
 Ascanius, longam muris cum eingeret Albam,
 Retulit, & præcos docuit celebrare Latinos.
 Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
 600 Albani docere suos: hinc maxima porro
 Accepit Roma, & patrium servavit honorem;
 Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.
 Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
 Hic primum fortuna fidem mutata novavit.
 605 Dum variis tumulo referunt solemnia ludis,
 Irim de cælo misit Saturnia Juno
 Iliacæ ad classem, ventosque aspirat eunti
 Multa movens, necdum antiquum saturata dolorem.
 Illa viam celerans per mille coloribus arcum,
 610 Nulli visa cito decurrit tramite virgo.
 Conspicit ingentem concursum: & litora lustrans,
 Desertosque videt portus, classemque relictam.
 At procul in sola secretæ Troades acta
 Amisum Anchisen flebant, cunctæque profundum
 615 Pontum aspectabant flentes. Hæc! tot vada fessis,
 Et tantum superesse maris! vox omnibus una.
 Urbem orant: tædet pelagi perferre laborem.

Ergo

Amiles delphinis, qui natando per liquidum mare findunt Carpathium ac Libycum mare, & ludunt inter fluctus. Ascanius, cum circumdaret Albam longam muribus, primus banc consuetudinem decursum, atque has pugnas renovavit, & docuit veteres Latinos eas edere. Quomodo ipse puer, & cum eo Trojana juvenis, eodem modo Albani docuerunt suos posteros: hinc vero maxima Roma accepit, & retinuit patrium ludum: & illi pueri nunc dicuntur Troja & Trojanum agmen. Hactenus pugnae esse sunt sancto parenti. Tum fortuna primum convulsa mutavit fidem. Dum per dreveris ludos persequitur sepulchra iusta, Juno filia Saturni demisit Irim de cælo ad naves Trojanas, & adjuvit ventis eam descendentes, plurima parans. & nondum expectata iuxta veterem indignationem. Illa virgo sesinam iter per arcum mille colorum, nulli aspectabilis descendit per pronam semitam. Videt magnum concursum ad ludos, & circumstanti litora cernit portus vacuos, & naves incoloditas. At Trojanæ procul separate in deserto litore plorabant Anchisen amisum, & cunctæ plorantes aspiciant alium mare. Unus erat sermo omnium, Hæc! tot fluctus & tantum maris restare fatigatis! Possulant urbem: tædet eas pati asperitatem maris.

Igitur

N O T Æ.

rillis figuras cum Labyrintho, currentes deinde pueros cum delphinis.

594. Delphinum, &c.) Delphin, vel delphinus, communiter creditur esse porcus marinus, Ital. *delfino*, quem salio incurvo corpore pinxere veteres; nisi forte sic appareat propter impetum ac velocitatem motus, cum erumpit e mari: vere enim dicitur a Plinio l. 9. 8. *velocissimum omnium animalium, non solum marinorum; ocyor volucris, ocyor telo...* tanta vi exiit, ut plerumque vela navium transvolet.

595. Carpathium, Libycumque.) Carpathium mare, ad orientem Cretæ insulæ, ubi est Carpathus insula, Cretam inter & Rhodium media, nunc Scarpanto, Libycum mare, circa Libyam, de qua Africa parte, *Æn.* 1. 162. & *Georg.* 1. 241. De *Ascansio*, *Æn.* 1. 271. De *Alta*, *Æn.* 8. 48. De *Lactis*, veteribus Latii incolis, *Æn.* 1. 120.

606. Irim de cælo, &c.) De *Iride*, & arcæ cælesti, *Æn.* 4. 700. De *Junone*, Saturni filia, *Æn.* 1. 27.

613. Secretæ Troades actæ.) Nam, ut ait Horatius, indecorum est honestas matronas publicis in spectaculis esse cum viris. *Actæ* litus est, ab *Actæ*, qua voce etiam nunc est Cæro, de Siculo litore loquens Verrius 5. 81. *Uxorem tot in actæ dies secum habere.*
 620. Berœe, Iliarii, &c.) Ficta nomina Berœe & Dorycli. Iliarius is dicitur, id est, Thracicus, ab Iliaro, Thraciæ maritimæ monte, de quo *Georg.* 2. 27. De *Dardanidis*, *Æn.* 1. 239. De *Actæja*, Græciæ proprie dicta, vel Peloponnesi parte, *Æn.* 1. 492.

626. Jam vertitur æstas.) Jam præterita est septima, & convertitur, versetque in octavam. Hinc enim esse sentiam diximus, *Æn.* 1. 760. Et vero tunc ita loquebatur Berœe,

- Ergo inter medias sese haud ignara nocendi
 Conjicit, & faciemque Deæ vestemque reponit.
 620 Fit Berœe, Iliarii conjux longæva Dorycli,
 Cui genus, & quondam nomen, natique fuissent.
 Ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.
 O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello
 Traxerit ad letum, patriæ sub mœnibus! o gens
 625 Infelix! cui te exitio fortuna reservat?
 Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas,
 Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa
 Sideraque emense ferimur: dum per mare magnum
 Italian sequimur fugientem, & volvimur undis.
 630 Hic Erycis fines fraterni, atque hospes Acceses:
 Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbem?
 O patria, & rapti nequiquam ex hoste Penates!
 Nullane jam Trojæ dicentur mœnia? nunquam
 Hædoreos amnes, Xanthum & Simoenta videbo?
 635 Quin agite, & mæcum infausas exurite puppes.
 Nam mihi Cassandra per somnum vatis imago
 Ardentes dare visa faces: Hic querite Trojam,
 Hic domus est, inquit, vobis. Jam tempus agit res;
 640 Neptuno; Deus ipse faces animoque ministrat.
 Hæc memorans, prima insensum vi corripit ignem,
 Sublataque procul dextra connixa coruscet,

Et

Teitur Iri non ignara nocendi imittit se in medium arcum, & exiit formamque & habitum Deæ. Assimulatur Berœe, uxori grandævæ Dorycli Iliarii, cui fuerat olim nobilitas, & fama, & Soboles. Sic autem immiscet se mediam matribus Trojanorum. O infelices, inquit, quas manus Græcorum non traxere ad mortem, in bello, sub mœnibus patriæ! o gens infelicitata! cui mori reservat se fortuna? Jam septima æstas transit ab exitio Trojæ; ex quo tempore vagamur emense tot maria, & omnes terras. & tot scopulorum inhabitabiles, & sidera: ex quo per vastum mare querimus Italian fugientem, & raptamur fluctibus. Hic est regio Erycis fratris Aeneæ, & hospes Acceses: quis vetat Enæam fundere muros, & dare urbem civibus? O patria, & Penates frustra crepti ab hostibus! an detrepto nulli vocabuntur mari Trojæ? nulli aspectam fluvio Hædoreos, Xanthum & Simoenta? Immo agite, & mæcum incendite funestas puppes. Nam umbra Cassandrae vatis visa est per somnum perhibere mihi faces accensas, atque; Hic querite Trojam, hic est vobis domus. Jam tempus urget res, nec mora est adhibenda tanti prælagis. Ecce quatuor altaria posita Neptuno; ille ipse Deus suppeditat nobis animos & faces. Hæc dicens, prima per vim rapti funestam ignem, & crecta dextera nitens procul librat,

N O T Æ.

roe, non æstate, sed vere: ipso quippe ludorū die, ut statimius supra v. 46.

628. Sidera emense.) Per navigationem, & quæ astrorum aspectu regitur.

629. Fugientem.) Quia, quo propius ad in patris honorem sacra fecerat: tumulus autem & sacrificii locus procul aberant ab eam vi temptatum repelli. De *Eryce*, & cæa litoris parte, nec procul a circo; ut patet ex boam fanguine, quo lapsus est Nilus, matibus, *Æn.* 2. 717. De *Hædore*, *Æn.* 1. 103. v. 337. Ergo, vel a Gioantho; qui, hoc ipso de Xantho, Troadis fluvio, *Æn.* 1. 477. De in litore Siculo, immolandum pro navali Simoenta, Troadis item fluvio, *Æn.* 1. 102. victoria taurum Dis pelagi vocerat v. 225. De *Cassandra* vate, Præmii filia, *Æn.* 2. 246. vel ab ipsa Trojana, qui, dum Enæas Anchise faceret, madabant ipsi juvenecus pro sua quibusque copia, sive ut Anchise in aliis legat *tempus agit res*, id est, sen, sive ut alios etiam Deos colerent, neque semper agendi regis. Magis tamen placet prima lectio, *tempus agit res*, id est, ipsa tem-

pus, ipsa occasio rem urget & porro impellit: nem ecce faces, &c.
 642. Quatuor ara Neptuno.) A quo constituta? non ab Aeneæ, qui ad tumulum, & quæ astrorum aspectu regitur.
 642. Ignem... coruscet.) Neutrum id val-

Et jacit. Arrectæ mentes, stupefactaque corda
 Iliadum. Hic una e multis, quæ maxima natu,
 645 Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
 Non Berœe vobis, non hæc Rhœteia, matres,
 Est Dorycli conjux: divini signa decoris,
 Ardentesque notatæ oculos: qui spiritus illi,
 Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus eunti.
 650 Ipsa egomet dudum Berœen digressa reliqui
 Ægram, indignantem tali quod sola careret
 Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
 Hæc effata.
 At matres primo ancipites, oculisque malignis
 655 Ambiguae, spectare rates, miserum inter amorem
 Præsentis terræ fatisque vocantia regna:
 Cum Dea se paribus per cœlum fustulit alis,
 Ingentemque fuga secuit sub nubibus æream.
 Tum vero attonitæ monstris, actaque furore,
 660 Conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem:
 Pars spoliant aras, frondem, ac virgulta, facisque
 Conjiciunt: furit immisiss Vulcanus habenis
 Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.

Nun-

¶ Coniicit. Arrecti sunt animi & attonita corda Trojanarum. Hic una e multis, quæ erat
 annis prociatissima, nomine Pyrgo, regia nutrix tot stirum Priami: Non hæc vobis est Be-
 rœe, o matres, non uxor Rhœtieia Dorycli: animadvertite indicia divine pulchritudinis, & oculo-
 los micantes, quis sit illi vigor, quæ facies, aut sonus vocis, aut gressus ambulantis. Egomet
 ipsa, jamdiu digressa a Berœe, reliqui Berœen agrotantem, & dolentem quod sola immunitis
 esset talis officii, nec exhiberet Anchisæ digna sacrificia. Hæc locuta est. Sed matres primo cœ-
 perunt aspiciere naves oculis malevolis, incerta & dubia inter miserum amorem præsentis re-
 gionis & regna invidantia per satum; cum Dea Iris exiit se per æream alis æquat, & in
 altissimâ signavit magnam arcum inter nubes. Tunc autem stupefactæ prodigiis, & impulsæ su-
 bore, volitantur, & rapiunt ignem ex aris intimis: pars nudant aras, injiciuntque frondes,
 & ramos, & facies: ignis sacros laxatis habenis per scannam, & remos, & puppes pictas ex abie-
 te structas.

N O T Æ.

go verbum est; apud Virgilium sæpe activum
 An. 10. 691. Stricturnque coruscet mucronem.
 An. 12. 431. Hastamque coruscet.
 645. Pyrgo.) Pictum nomen a poeta. De
 Priami quinquaginta filiis, ac duodecim fi-
 liabus An. 2. 503.
 646. Rhœtieia.) E Rhœtie, Troadis promon-
 torio, non procul ab urbe Trojæ.
 647. Divini signa decoris.) Quatuor ea signa
 commemorat. I. Fulgorem cultus & colorum,
 II. Spiritum, id est, halitum odoratum. III.
 Incessum, aut gradatam, aut fluentem. IV.
 Sonum vocis sane altè:orem firmiorempue. De
 tribus primis diximus, An. 1. 406. 407. 409.
 De quarto dixit Æneas ad Venerem ibidem,
 v. 332. ubi: Nec vox hominum sonat.
 655. Indignantem quæ, &c.) Egre feren-
 tem, quod per valetudinem sibi non liceret
 interesse sacris.
 660. Rapiuntque focis penetralibus ignem, &c.)
 Dionysius Halicarn. postquam de Ægeolo sive
 Acella & Elymo, jam in Sicilia confidenti-
 bus, locutus est, ita de hoc navium incendio
 disserit, l. 1. Eπερωσαν δὲ τὰς ἐπιπέλας τῶν ἱερῶν.
 &c. Id est, autem viros postquam incendit Æneas,

complectitur eos comites, & condit in coram gra-
 tiam urbes Ægiam & Erveem, & exercitus sui
 partem in eis relinquit: quantum ego conjicio, sua
 sponte, ut labore & marinis sacrationibus sese loco
 isto quietarent, ut vero aliqui scribunt, detrim-
 entum classis illis passus ab incendio, quod ali-
 quot famina te ad navigationem excitarent, &
 necessitate coactus turram relinquere, quam post
 absumptas naves reliquis capere non poterant.
 Plutarchus in Romulo, refert ex alioquo
 sententia incensa a mulieribus nave Troja-
 norum fuisse in ipsis Tybridis faucibus, Romæ
 eujusdam Trojanæ luasi, a qua deinde Roma
 nomen habuerit. Strabo l. 6. id Crotonæ ac-
 cidisse narrat, & sic deinde rem dicit: Ἐο-
 ῦσι τὸν Τροῖδου διὰ τὴν ἀνάγκην ἠεὶ ἀποκαί-
 νονται. &c. Et Trojanarum quidem sacinus multis adscri-
 bitur locis, videturque incredibile, cum tamen
 fieri potuerit.
 661. Spoliant aras.) Frondibus, verbentis,
 tæniis, quibus ornatae erant ac aræ, & statua,
 An. 4. 477.
 662. Vulcanus habenis.) De Vulcanæ proigne,
 Georg. l. 237. Habenis.) Translatio ab auri-
 gis, qui habenas ad incitatissimum cursum
 laxio-

Nuntius Anchisæ ad tumulum cuneosque theatri
 665 Incensa perfert naves Eumelus, & ipsæ
 Respiciunt atram in nimbo volitare favillam.
 Primus & Ascanius, cursum ut lætus equestres
 Ducebat, sic acer equo turbata petivit
 Castra, nec exanimis possunt retinere magistri.
 670 Quis furor iste novus? quo nunc, quo tenditis, inquit,
 Heu miseræ cives! non hostem, inimicaque castra
 Argivum; vestras spes uritis. En ego vester
 Ascanius. Galeam ante pedes projecit inanem,
 Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
 675 Accelerat simul Æneas, simul agmina Teucrum.
 Ast illæ diversa metu per litora passim
 Diffugiunt, silvasque, & sicubi concava furim
 Saxa petunt: piget incepti, lucisque fuosque
 Mutatæ agnoscunt, excussaque pectore Juno est.
 680 Sed non idcirco flammæ, atque incendia vires
 Indomitas postere; udo sub robore vivit
 Saxa, vomens tardum fumum: lentusque carinas
 Est vapor, & toto descendit corpore pestis:
 Nec vires heroum, infusaque flumina profunt.
 685 Tum pius Æneas humeris abscondere vestem,

Auxi-

Eumelus nuntius desert ad sepulcrum Anchisæ & sedes theatri naves esse combustas, & ipsi
 spectatores vident augurantes favillas volare in fumo. Et primus Ascanius, quippe qui lætus
 regelas decursum equestrem, eo modo occurrit ad castra tumultuantia, festinus in equo, &
 magistri stans facti non possunt cum retinere: atque: Quis est iste novus furor? o miseræ ci-
 ves! quo jam, quo tenditis? non incenditis hostes, & hostilia castra Græcorum, sed spes ve-
 stras. Ecce ego jam vester Ascanius. Assecti ad pedes vacuum cassidem, qua opertus in ludo
 ediderat magnam pugnam. Accurrit simul Æneas, simul multitudo Trojanorum. Sed illæ præ-
 timore fugiunt quæcumque in remota litora, & clam quæcumque fœcæ, ac rupeæ cavernosæ, si
 altiori sunt: panitent eas facinoris & vitæ, & revocata a furore agnoscunt suos cives, &
 Juno expulsa est ex animo. Tamen flammæ & incendia non emiserunt propterea vim suam:
 supra emittens pigrum fumum altitur sub ligno humido, & spissus ignis absumit trates, & per-
 nicies funditur per totam molem; & labor virorum, infusæque undæ non proficiunt. Tunc
 pius Æneas cepit laceare vestem ab humeris,

N O T Æ.

laxiores equis permittunt. De transiris, supra
 v. 119. De abiete, Georg. 2. 68. De cunctis
 theatri, supra v. 288.
 665. Eumelus.) Effectus aliquis fenex, qui
 apud naves cum mulieribus steterat.
 669. Magistri.) Vel alii duces duo, Priamus
 & Asy, qui sic appellatur, v. 562. Vel cu-
 stos Ascanii Epyrides, aliorumque juvenum
 custodes. De Argivis & Argis urbe Pelopon-
 nesi, An. 1. 288.
 673. Galeam. inanis.) Jam vacuum, quippe
 extractam e capite. Alii explicant spolia-
 ta coronam, quæ prius superposita galeæ jam
 impetu deciderat. De Teneris, An. 1. 239.
 681. Udo sub robore.) Duro quovis ligno;
 aliquando certa specie arboris, e quærcæe
 genere, Georg. 1. 162.
 682. Insuper.) Lignum vile, cortici proxime
 adhaerens, obturandis ac slipandis rimis ac
 foraminibus comparatum. Græce ἰσχυρῶν, a
 vires asprino.

& vicina undis materia non facile in flam-
 mam emicabat.
 683. Vapor.) Proprie est halitus ac flatus,
 qui sumi instat expiratur: hic pro igne sumi-
 tur juxta Lucretium l. 2. 149. At vapor is quem
 Sol mittit, incensque serenum. Carinae, trates
 sunt inæ in navibus.
 684. Corpore pestis.) Corpus hic pro navium
 mole. Pestis pro igne usurpatur, & sepe pro
 noxia quacumque re, ut apud Livium l. 44.
 pro cæde: in altam, sardiozem pestem inciditans:
 elephantes enim ab veteribus in litus acti exanimis
 obtebant. Plinius l. 2. 48. pro tempestate:
 Præcipua navigentium pestis, &c.
 685. Abscondere vestem, &c.) Maximum hoc
 signum doloris fuit, usitatissimum apud He-
 braeos, ut patet ex sacris literis. Sed & apud
 Ægyptios ex Herodoto l. 2. quos mortuos
 prolecutæ mulieres vagæ per urbem percutie-
 bant sic nudatis manibus. Apud Trojanos,
 ex Seneca in Troad. v. 101. ubi Hecuba: Ce-
 dat ex humeris vestis aperta, jam unda vocant pe-
 ctora.

Auxilioque vocare Deos, & tendere palmas:
 Jupiter omnipotens, si nondum exofus ad unum
 Trojanos, si quid pietas antiqua labores
 Respicit humanos, da flammam evadere classis
 690 Nunc, pater, & tenues Teucerum res eripe leto:
 Vel tu, quod superest, infesso fulmine morti,
 Si mereor, demitte, tuaque hic obrue dextra.
 Vix hæc ediderat, cum effulsu imbribus atra
 Tempesta sine more furit, tonitruque tremfcent
 695 Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
 Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus Austris:
 Implenturque super puppes, femiusta madefcunt
 Robora, restinctus donec vapor omnis, & omnes,
 Quatuor amissis, servatæ a peste carinæ.
 700 At pater Æneas casu concussus acerbo,
 Nunc huc ingentes, nunc illic pectore curas
 Mutabat: versans, Siculifne resideret arvis
 Oblitus fatorum, Italasne capeberet oras.
 Tum senior Nautæ, unum Tritonia Pallas
 705 Quem docuit, multaque insignem reddidit arte;
 Hæc responsa dabat, vel quæ portenderet ira
 Magna Deum, vel quæ fatorum posceret ordo.
 Ique his Æneam solatus vocibus iasit:
 710 Quicquid erit, superanda omnis fortuna serendo est.
 Est tibi Dardanius divinæ stirpis Aecesses:
 Hunc cape consilii socium, & conjunge volentem:

Huic

Et invocare Deos in auxilium, & extollere palmas manuum. Jupiter omnipotens, ait, si nondum odisti Trojanos omnes ad unum, si vetus clementia tua spectat casus humanos, concede nunc classi erigere incendium, o pater, & serva ab exito res angustas Trojanorum: vel, si mereor, tu trade me morti inimico fulmine, & hic opprime me tua manu, quod solus restat. Vix dixerat ea, cum immixtis pluvius tempesta furit præter conjuetudinem, & alta loca terrarum & campi quatuntur fulmine: imber sonans aquis & densatus a nigris Austris cadit ex toto ære: & naves desuper implentur, ligna semivivida humefcunt, donec ignis totus exstinctus est, & ceteræ naves receptæ sunt ab igne, quatuor tantum absumptis. Sed pater Æneas, perosus hac tristi calamitate, agebat animo magnas curas, nunc huc, nunc illic: delibens, an remaneret in avis Siculis immemor fatorum, an peteret regiones Italas. Tunc senex Nautæ, quem Tritonia Pallas unice instravit, & efficit clarum multum cunctis, edebet hæc responsa, dicebatque vel quæ magna ira Deorum minaretur, vel quid exigeret seris fatorum. Atque ille solatus Æneam loquitur his verbis: Fili Veneti, camus quo fata vocant & retineant. Quicquid acciderit, omnis fortuna vincenda est tolerando. Est tibi Trojanus Aecesses & divina origine: accipe illum & volentem adhibe socium ad consilia.

N O T Æ.

Hora dextas. Apud Græcos, ex Herodoto caput Nautæ familia Romanæ, cuius in eul. l. 8. re male gesta a Mardonio. Apud Romanos, ex Svetonio in Nerone c. 42. qui postquam Galliam & Hispanias destruxit cognovit... 2. 31. De Tritonia, ejus cognomine. An. 2. 171. De ordine fatorum, An. 1. 243. De Aecessu regi, Dardaniæ stirpis, supra v. 36. 718. Aecessam.) De hac urbe, infra v. 755. 721. Bigis.) Ut Soli quadrigæ, sic Nocti & Lunæ bigæ a poetis trahendo curru assignantur, & quidem ab Ovidio egui, ab Aufonio juvenca, ab aliis muli, quia sicut muli non suo, sed equi genere procreantur; ita Luna, non suo, sed Solis lucec lumine. Tibullus tamen l. 3. 14. attribuit Nocti quadrigas. Color autem

704. Nautæ, unum Tritonia, &c.) Nautæ, l. 3. 14. attribuit Nocti quadrigas. Color autem

Huic trade, amissis superant qui navibus, & quos
 Periculis magni incepti rerumque tuarum est;
 715 Longævusque senes, ac festas æquore matres,
 Et quicquid tecum invalidum, metuentisque periculi est,
 Delige, & his habeant terris sine memia festi.
 Urbem appellabunt permisso nomine Aecessam.
 Talibus incensus distis senioris amici:
 720 Tum vero in curas animus diducitur omnes.
 Et nox atra polam bigis subvecta tenebat:
 Visa dehinc cælo facies delapsa parentis
 Anchisæ subito tales effundere voces:
 Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
 725 Care magis; nate, Iliacis exercite fati;
 Imperio Jovis huc venio, qui classibus ignem
 Depulit, & cælo tandem miseratus ab alto est.
 Consilii pare, quæ nunc pulcherrima Nautæ
 Dat senior: lætos juvenes, fortissima corda,
 730 Defer in Italiam: gens dura, atque aspera cultu,
 Debellanda tibi Latio est. Ditis tamen ante
 Infernas accede domos, & Averna per alta
 Congressus pete, nate, meos. Non me impia namque
 Tartara habent tristisque umbræ; sed amena piorum
 735 Concilia, Elysiumque colo. Huo casta Sibylla
 Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
 Tum genus omne tuum, & quæ dentur memia, disces.
 Jamque vale: torquet medios nox humida cursus,

Et

da illi eos, qui superstiti sunt amissis navibus, & quos tædet magni consilii & rerum tuarum; & elige senes grandævos, & matres lassas navigatione, & quodcumque tecum est infirmum & timens pericula: & permittit ut illi sagittati habeant urbem in hac regione. Vocant urbem illam Aecessam, concessa ab Aecessa nomine. Æneas commotus est talibus verbis amici Jovis: deinde vero distractus est animo in omnes curas. Et nox nigra occupabat cælum invecta duobus equis: deinde spectat Anchisæ patris delapsa e cælo visa est ipsi repente proferre talia verba: O filii, mihi magis care quam vita, quando vita invenit mihi, si agitate castibus Trojanis: venio huc iussu Jovis, qui averitit incendium a navibus tuis, ac deinceps miserus est tui ex alto cælo. Intempera consilii, quæ senex Nautæ prelet tibi prudentissima: transporta in Italiam lætos juvenes, generosissimos amicos: gens fortis & aspera moribus vincenda est tibi in Latio. Tamen prius veni ad domos inferas, & per Avernum profundum quere mea colloquia, o fili. Non enim me sceleratus Tartarus & mæssa umbræ tenent, sed batio Elysium, & lætos cæcus bonorum. Casta Sibylla huc ducet te multo sanguine nigrarum sanguinarum. Tunc disces omnes posteros tuos, & urbes quæ concidentur. Nunc autem vale: nox humida peragit medium cursum, & Sol

N O T Æ.

tem illis niger vulgo datur; a Claudiano cæciliens, qui sæpe sumitur pro nigro; ab Ovidio nigræ, quia illic de Luna agitur.
 722. Cælofacies delapsa parentis, &c.) E cælo labitur, quo equis manes Averonte remisissos, & inter Divos admissos putari vidimus v. 99. Tamen hoc conveniri vult apud inferos v. 733. Scilicet putabant veteres quatuor inesse homini, de quibus Ec. 4. 38. præcipue animam, & simulacrum, sive idolum, sive manes, animam, heroum præsertim in cælum abire; simulacrum eorumdem manere apud inferos. Sic apud Homerum Odyl. 11. 600. Ulysses, in illa sua mortuorum ex inferis evocatione, ait: Τὴν δὲ μὲν εἰσέβηται βίην Ἡρῆκεῖος ἔβηκε, ἀπὸ δὲ δὲ, &c. Post hunc vero vidi vim Hæcæstem, idolum: ipse vero apud immortales Deos oblectatur in conviviis. De lio, An. 1. 5. Defatis, An. 1. 243. De Italia, An. 1. 534. De Latio, An. 1. 10. De Dite, Plutone, Georg. 4. 467. De Avernis, pro inferis, An. 6. 237. De Tartaro, infimo inferorum loco, Georg. 1. 36. De Elysiis, beatorum apud inferos sedæ, An. 6. 638. De Sibylla, An. 6. 10. De Sacrificio Sibyllæ, An. 6. 243. De genere Æneæ, seu posteris, An. 6. 756.
 738. Torquet medios, &c.) Tria sunt hic nota. I. Æstas, sive solstitium immensum, hic significatur: cum solstitio nox est brevissima, primumque diluculum mediæ nocti fere conjunguntur: ait enim medios torquet nox cursus; & ortus me equis afflavit, id est, Sol ortus. Quæ ratio temporis cum his, quæ diximus v. 46.